



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

1. Consideratio finis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

cordis & vocis coniungendus est actus corporis, cā mai-  
unitate ac deuotione, quam eadem ceremonia & ru-  
brica Missæ postulant. Nihilominus ad primam hanc  
praxis, seu exercitium, quod supponitur ut principale &  
essentialē, seu basis & fundamentum, necessaria sunt, &  
conducunt nonnulla alia, ad hoc, ut illud primum maio-  
ni cum deuotione peragatur. Et quamvis sacrosancto  
mysterio Missæ, vt etiam benè aduertit S. Bonaventura, *S. Bona. in-*  
*nibil addendum, nec minuendum sit, hoc tamē, ut idem expos. Missæ*  
invoit, intelligendum est vocaliter: nam eodem tempo-  
re Missæ mentaliter, idque magnâ cum laude & fructu,  
exerceri possunt variū actus interni, voluntatisque affe-  
ctus, iuxta varietatem misteriorum & sacramentorum,  
qaz in ea pertractantur. Supposito hoc principio,  
tanquam certissimo: è re erit exercitium aliquod mea-  
tale, vt, nempè, ante Missam nonnullas nobis efforme-  
mus considerationes.

## CONSIDERATIO I.

Priusquam des initium venerando Mysterio Missæ, Considera-  
tene & profundè considera, quò vocaris tū agas tū finis.  
cum Deo, cum sanctissima Trinitate; in nomine Christi,  
laetissime eiusdem Matris, totius Ecclesiæ Trium-  
phantis, simul & Militantis: de negotio quodam gra-  
vissimo & summi momenti: de gloria Dei; de salute  
Mundi: & nonnisi sub titulo Legati Christi D.N. Unde  
dicere poteris cum Apostolo: Pro Christo legatione fun- *Ephes. 6.*  
gor in catena; nimis rū, Crucis instrūctus armis.

## CONSIDERATIO II.

Altatis locum, in quo celebrandum est, compones,  
imaginando tibi, altare esse montem Caluariae, in  
medio illius plantaram Crucem cum Christo crucifixo.  
Hic est mo- & pedi Crucis astantem Beatissimam Matrem eius Vir-  
ginem Mariam. Ulterius representabis tibi cœlum seu  
Paradisum apertum, nec non Sanctum, aut Sanctam il-  
lām, de qua isto die celebratur Missa, speciali gloriâ &  
splendore coruscantem. In gradibus supra altare situm  
Pars Quarta